



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

2. An obliget eos, qui plurante periculum communicarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

fuga ejusdem Rei, ex qua damnum publicum, vel mors ipsi iudici posset oriri, rationabiliter timeretur: Nam tunc licet contra vim vi se defendere.

3. Non tamen præceptum ejusmodi adeo rigidè suscipiendum est, ut infirmo, qui nullo remedio de quo infra §. 9. n. 21.) valet Sacram hostiam deglutere, possit propinari Sanctissimus Sanguis: quia hoc præceptum non obligat, nisi debito modo. Sic Fagundez, Suarez alique apud Dianam. p. tr. 3. ref. 34. esse posse docent Ochagav. *ibidem*.

§. II. An obliget eos, qui paulò ante periculum communicarunt.

4. **Q**ui v. g. duos vel tres, imò & octo, vel decem dies, antequam in periculum incidit, communicavit; obligatur iterum communicare eo superveniente periculo: Obligari docent aliqui, cum Valquez de Euch. disp. 214. c. 2. n. 11. siquidem Communio antecedens, cum non fuerit exhibitã; quando urgebat præceptum, præcepto non satisfacit. Ad eum modum, quo, qui Missæ interfuit die Sabbati, non satisfacit præcepto de Missa die Dominico audienda.

5. At non obligari melius docent alij cum Suarez de Euch. disp. 69. sect. 2. §. Rogabis, Delugo disp. de Euch. 16. sect. 2. Ratio præcipua est, quia hoc præceptum non obligat nisi circum circa periculum vitæ, sive à me ignoratum, sive scitum: obligat enim, ut propè mortem inveniar Sacra Eucharistia refectus. Confirmatur, quia plura inveniunt huius generis præcepta, quibus satisficit, si paulò ante quam urgeat præceptum, adimpleatur. Sic si Novitius, vel Clericus recitet officium mane antequam professionem emittat, vel ordinetur in sacris non illum obligabis eodem die, post emissam professionem, vel ordines susceptos, iterum recitare: sic, sacerdos, qui celebravit mane in loco, ubi non erat festum de præcepto, si postea, eadem die, se conferat in locum, ubi festum celebratur, non obligabitur ad audiendum iterum sacrum; idem de laico, qui mane sacro interfuit in prædicto loco non festivo, & postea ad festi locum accessit. Eodem ergo modo in casu nostro, &c.

6. Missa igitur, Dominica die ideo audienda est ex præcepto ab eo, qui audierat Sabbato; quia in honorem diei Dominici latum est præceptum de Sacro tunc audiendo, qui honor tali diei additus, non exhibetur die Sabbati. At in nostro, habetur finis præcepti, qui est refici spiritualiter circa mortis periculum: ut etiam habeatur finis præcepti in prædictis casibus, qui est, illos obligatos orare quotidie, & Fideles, colere per Missam diem festum: Licet enim finis non cadat sub præcepto, ostendit tamen præceptum hoc modo esse, & non alio intelligendum.

§. III. An obliget eum qui communicavit in Paschate.

7. **S**i communicavit quis in Paschate, & post aliquod notabile tempus, puta; post mensem, incidit in periculum vitæ, obligatur iterum communicare. Ita Suf. Valq. Valez alique quos sequitur, & citat Hurta, de Euch. disp. 10. ass. 2. Ratio est, quia ex una parte hæc sunt duo præcepta, alterum communicandi in Paschate Ecclesiasticum. Sic idem *ibid.* alterum, communicandi in periculo mortis, ex communi sententia Divinum simul, & Ecclesiasticum: Sic idem *ibid.* & ex alia parte per unam sumptionem utrique, in casu dicto, satisfieri non potest: cum propter illam, finis refectiois necessariæ, instante morte, non habeatur per sumptionem tanto tempore ante factam. Quod si, qui in Paschate communicavit incidit in prædictum vitæ periculum post paucos dies, puta post octo, vel decem non obligabitur denuo communicare. Satis est, quia cum finis refectiois necessariæ tunc habeatur, potuit per unam sumptionem utrique obligationi satisfacere: ut ex dictis §. præcedenti clarè consequitur.

§. IV. An hoc præceptum obliget petere Eucharistiam ab hæretico & excommunicato, & similibus, si alius Sacerdos non adest?

8. **Q**uamvis Durandus, Palud. alique apud Suf. de Euch. disp. 72. sect. 4. fin. concedant, ab hæretico excommunicato, etiam denunciato, ab hæretico schismatico, publico peccatore, licere in periculo petere, ac suscipere, quando alius Sacerdos non adest, Sacramentum Penitentia; non tamen cedunt Eucharistia Sacramentum, quia necessitas est, quæ necessitas major est, quam necessitas Penitentia. Verum probabilis est cum Sanchez *ibid.* posse, si ministro deficiente, etiam Eucharistiam, si quis firmus aliud Sacramentum v. g. extremam Viæ, vel Confessionem ab idoneo ministro suscipere potest, est, quia mater Ecclesia, pro illo articulo, extremam Viæ, ad ministrando tantam infirmo refectioem repellere: & ex alio capite, necessitas excelsa ratione, quæ videtur esse cum peccato ministro, sua malitia aptum ad Sacramenta ministranda reddit. Suppono autem non fore scandalum, si in tholice Religionis contemptum, ut certe est, si præ v. g. communionem esset signum participationis illius erroribus, quod nunquam licet.

At si licet, obligatur infirmo? Respondetur, non debet, quia exultationem non habet. Si tantum non posset priorem sententiam sequi asserentem non debet, & consequenter non adesse obligationem, quæ certe probabilis est, præsertim si alia Sacramenta susceperit, vel se esse in statu gratiæ iudicaverit. Chelison apud Dianam p. 5. tr. 3. ref. 49.

§. V. An in eadem instantis mortis necessitate, possit quilibet Sacerdos, etiam Religiosus, ministrare Eucharistiam.

Nec Religiosus, imò nec quilibet Sacerdos, proprius, id est Parochus, potest de jure ministrare Sacram Viatum moribundis: Ita Suarez de Euch. 72. sect. 2. §. quæres, quia nullo meliori ratione potest sumitur velle Pastorem recognoscere ovem suam quam in tanta necessitate: tamen si Parochus absit, necesse ab illo peti licentia: quilibet poterit. Ita *ibid.* Ratio est, quia præsumitur Parochi voluntas, cum quædam extrema necessitate semper intelligitur exceptus. In eodem mortis articulo, qua ratione licet Regularibus famulis ministrare Eucharistiam diximus per occasionem in superioribus c. 4. §. 4. n. 48. Ad idem in præsentia licere, & Hospitiis secularibus in eorum domibus forte decumbentibus, ut etiam in extremam Viæ libere conferre ex privilegio, quod expendit Peyrinus T. 1. conf. 1. Julij 1. L. 1. n. 1. Nihil Societatis Patribus id nondum communicavit R. Generalis, quomobrem secundum nostra iura in præsentia Comp. Privil. Soc. l. c. ab eo erit, donec illud communitate abstinendum: in feminatis tamen id omnino concedendum inibi conviventibus, saltem ex usu receptionis Pellizzarius T. 2. Man. Reg. tral. 8. c. 3. sectum 3. p. 4. fine.

Emergit ex dictis difficultas, an Religiosus, imò quilibet Sacerdos non parochus, si absente Parochus vel nolente, potest ministrare viaticum graviter periclitanti, ut dictum est, obligetur etiam sub peccato, si non Parochus) siquidem ipsi Parochum obligat, quia ad hoc & similia ministeria stipendium recipit, debentur omnes.

Respondet nequaquam esse obligandum si abque notabili suo incommodo ministrare non valet. Ita idem Man. Reg. tr. 5. c. 9. sect. 1. §. 6. Ratio est, quia ex una parte actualis communio, non est regulariter necessitas spirituali agrotantis saluti; cum ad hanc satis suffragetur confessio, & ex alia Sacerdos, qui non est Parochus, ad id urgetur à charitate: hæc autem, quædam